


*I puer, atque meo citius hac subscribe libello.*

in ludis vestris literariis, ubi mulierculæ vos audiunt.

*Puer.* Amanuensem aliquem significat, qui scripta, & dictata exciperet.

*Subscribe.* Post ceteras Sa-

tyras, in hoc libello comprehensas, hanc etiam, ceteris nihilo inferiorem, scribe, & aliis adde. Vel clausulam hanc appone isti Satyræ; ut quibus probari, ac placere velim, contet.



Q. HORATHI FLACCI  
SATYRARVM

LIBER SECVNDVS.

SATYRA I.

Trebatium Horatius consultit, an sibi putet scribens  
das esse porro Satyras.

*S*Uas, quibus in Satyra videar nimis acer, & ultra  
Legem tendere opus: sine nervis altera, quidquid  
Composui, pars esse putat; simileſque meorum  
Mille die versus deduci posse. Trebati,

*Acer.* Alper, severus.

*Ultra legem.* Progredi ultimus, acerbius scribere, quam lex sinat; ultra modum, & usitatam in vitiis notandis consuetudinem: habet enim suas leges Satyra, quas libro superiori explicat. Exponi etiam potest, de lege Decemvirali, quam Horatius violaret. Decemviri enim in eos, qui fecissent malum carmen, id est, quod alicui infamiam, & labem graviolem inureret, poenam capitis sanxerunt. *Timeas*

Horatius, ne contra legem hanc peccaverit, Trebatiam, jurisconsultum ea tempestate celebrem, consulit festivo; ac sibi respondentem inducit.

*Nervis.* Pondere sermonis, & sententiarum gravitate.

*Deduci.* Scribi. Metaphoræ sumitur à lana, quæ sine labore ducitur è colu. Aliàs, deducitum carmen, elaboratum, & subtile significat.

*Trebati.* C. Trebatius Test vocabatur, vir optimus, & juris scientissimus, amicissimus

Quid faciam, praescribe. Quiescas. Ne faciam, inquit  
 Omnino versus? Ajo. Peream male, si non  
 Optimum erat: verum nequeo dormire. Ter uncti  
 Transsanto Tiberim, somno quibus est opus alto;  
 Irriguumque mero sub noctem corpus habento.  
 Aut, si tantus amor scribendi te rapit, aude  
 Caesaris invicti res dicere, multa laborum  
 Praemia laturus. Cupidum, pater optime, vires  
 Desciunt: neque enim quivis horrentia pilis  
 Agmina, nec fracta pereuntes cuspidae Gallos,  
 Aut labentis equo describat vulnere Parthi.  
 Attamen & iustum poteras, & scribere fortem;

Ciceronis, cujus plures extant  
 ad eum epistola, lib. 7.

Quiescas. Respondet Treba-  
 tius: Author tibi sum, ut absti-  
 neas penitus a scribendo.

Ajo. Ita censeo, inquit Tre-  
 batius.

Peream, &c. Sanè verum  
 dicis; & praestaret versus omni-  
 no non facere: verum hanc u-  
 nam artem habeo conciliandi  
 mihi somni: vel, cum dormire  
 non possum, in versibus facien-  
 dis noctem pono. Aliam ratio-  
 nem somni conciliandi te do-  
 cebo, inquit Trebatius: si quis  
 dormire cupit altius, unget o-  
 leo corpus; mox natando per  
 Tiberim sese defatiget; paulu-  
 lum etiam vini ante noctem  
 hauriat.

Erat. Pro esse, Graeco more.

Ter uncti. Sapius uncti. O-  
 leum corpori ante natationem

illinebant; ut, poris oleo clari-  
 sis, contra frigus aquae muni-  
 retur.

Transsanto. Vitur impera-  
 tivo, quasi legem, aut edictum  
 ferret: faceret.

Cupidum. Cupientem res  
 Augusti scribere.

Pater. Trebatium sic vocat;  
 honoris causa, ut seniore, &  
 jurisconsultum.

Horrentia. Hirsuta, & hor-  
 rida. Est pilum hasta brevior,  
 apud Romanos usitata.

Fracta cuspidae. Sagittae, quae  
 Galli morientes, e corpore non  
 potuerunt evellere, nisi fracta.  
 Tela, cum impetu coniecta,  
 frangi solent.

Attamen, &c. Esto, inquit  
 Trebatius, non satis habeas  
 nervorum ad res bellicas Au-  
 gusti describendas: posse tamen  
 illius justitiam, & animi ma-  
 gni;

Scipiadam, ut sapiens Lucilius. Haud mihi deero,  
 Cum res ipsa feret: nisi dextro tempore, Flacci  
 Verba per attentam non ibunt Caesaris aurem  
 Cui malè si palpere, recalcitrat undique tutus.  
 Quanto rectius hoc, quam tristi ledere versu  
 Pantolabum scurram, Nomen animumque nepotem?  
 Cum sibi quisque timet, quanquam est intactus, & omni  
 Quid faciam? Saltat Milonius, ut semel ictu  
 Accessit servor capiti, numerusque lucernis:  
 Castor gaudet equis: ovo prognatus eodem,  
 Pugnans. Quot capitum virum, totidem studiorum

gnitudinem laudare; ut sapiens  
 Lucilius laudavit Scipiadam,  
 id est, Scipionem Emilianum,  
 sive Africanum minorem. Fa-  
 ciam enim verò, inquit Hora-  
 tius: at cum opportuna le-  
 dit occasio: Flacci enim, id est,  
 mea verba, & laudes Caesaris,  
 non audientur attentè, ac libe-  
 ter ab eo, nisi dicantur in lo-  
 co, & opportuno tempore.

Palpère. Aduleris. Palpare  
 proprie, est, palpo, seu volò,  
 blandè, & leniter atrectare.

Recalcitrat. Rejiciet adula-  
 tionem, & laudes molestas: ut  
 equi feroces, & generosi se du-  
 riter, & odiose atrectari non  
 patiuntur. Undique tutus, id est,  
 munitus contra assentionem.

Hoc. Laudare Caesarem, lo-  
 quitur Trebatius.

Pantolabum, &c. De quibus  
 locutus erat Horatius, lib. 1.

Num, &c. Eo magis abstine-

re debes a scribendo, quòd;  
 quando scribis, sibi omnes ti-  
 meant, quanquam eos non  
 tangas, & carpas nominatim;  
 teque ut maledicum, & sycor-  
 phantam, oderint.

Quid faciam, &c. Respon-  
 det Horat. Sic sum, amo sary-  
 ram; ut amat saltare Milonius  
 (remulentus quidam, & ebrio-  
 sus, quem obiter notat.)

Icto. Percusso vini vaporibus  
 Numerus. Cum geminatus  
 est numerus lucernarum; cum  
 duas, pro una, lucernas videt;  
 id quod ebriis accidit.

Ovo, &c. Pollux, Castoris  
 frater. Castor, & Pollux geniti  
 ex ovo à Poëtis dicuntur, cum  
 Jupiter, mutatus in cygnum,  
 Ledam ipsorum matrem adiit.  
 Amat equos Castor, pugnos  
 Pollux, id est, pugilatam, &  
 pugnas castuum.

Studiorum, Propensionum.

Millia. Me pedibus delectat claudere verba  
 Lucili ritu, nostrum melioris utroque.  
 Ille velut fidis arcana sodalibus olim  
 Credebat libris; neque, si malè cesserat usquam,  
 Decurrens alio, neque si bene: quo fit, ut omnis  
 Votivâ pateat veluti descripta tabellâ  
 Vita senis. Sequor hunc, Lucanus, an Appulus anceps.  
 Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus,  
 Missus ad hoc, pulsus, vetus est, ut fama, Sabellis:  
 Quò ne per vacuum Romano incurreret hostis;  
 Sive quòd Appula gens, seu quòd Lucania bellam

Meliores. Poëta prætantioris me, & te.

Ille, &c. Ordo est: ille Lucilius credebat, & committebat arcana sua libris, & versibus; ut si fuissent fidi sodales sui.

Si malè, &c. Si quid ei adversi accidisset.

Decurrens aliò. Aliunde nullum solatium, quàm à libris petens.

Votivâ, &c. Qui morbos, naufragium, aliove casus effugerant, aut aliquid ex animi sententia gesserant, in votivis, id est, in promissis ex voto tabellis, eâ depingi jubebant, & à templorum tholis suspendi.

Pateat. Extet in ejus versibus.

Senis. Lucili.

Sequor hunc, &c. Ego hunc Lucilium imitor, Horatius, anceps, id est, incertus, an sim Lucanus, an Apulus; quia Venusinus

ni cives, quorum unus ego sum, agros habent Apuliam inter & Lucaniam medios, & in utriusque limite positos.

Colonus. Aliquando significat agricolam, qui agros colit; aliquando civem, ex alia quadam urbe ad aliam incolendam, & frequentandam missum: quo sensu hic sumitur.

Missus ad hoc, &c. Ob hanc causam Româ missus in urbem Venusinum, vacuum pulsus est Sabellis, & Præsidio, ac milite destitutam, ut hostes in Romanorum agros faciliem aditum non invenirent; sed ut essent qui hanc urbem munirent, ac defenderent.

Sabellis. Sabelli, à Sabinis orti incolebant montes, inter Sabinos, & Marfos: olim etiam Samnites appellati, Plin. lib. 3.

Sive quòd, &c. Sive Colonia fuerint missa Venusinum, quia

Lu-

Incuteret violenta: sed hic stylus haud petet ultro  
 Quonquam animantem, & me veluti custodiet ensis  
 Vaginâ reclusus: quem cur distringere coner,  
 Tutus ab infestis latronibus? O pater, & Rex  
 Jupiter, ut pereat positum rubigine telum,  
 Nec quisquam noceat cupido mihi pacis? At ille  
 Qui me commovet (melius non tangere, clama)  
 Flebit, & insignis tota cantabitur Urbe.  
 Cervius iratus leges minitatur, & urnam:  
 Canidia Albuti, quibus est inimica, venenum:

Lucani, aut Apuli bellum inferrent Romanis, essetque opus hac urbe, & Colonia, tanquam fræno, ad utrosque coercendos.

Appula gens. Est Apulia, regio Italia, ad mare Adriaticum propè Calabriam.

Lucania. Est regio extrema, sive meridiana Italia, versùs Tyrrhenum mare porrecta, & Apulia finitima, qua clauditur ab Oriente.

Sed hic, &c. Redit à diverticulo in viam.

Stylus. Satyra mordax, & aculeos habens. Proprie stylus, est ferrea, & oblonga cuspis, qua scribebant in tabellis cerâ obductis: pro scribendi genere sumitur.

Animantem. Vivum: neminem insectabor.

Et me, &c. Utar ego Satyrâ, tantum ad me defendendum.

Tutus, &c. Cum nihil sit à latronibus periculi.

Ut pateat, &c. Vinam hic ensis meus, depositus, & inutilis, rubigine pereat, & consumatur! nemo me, amantem pacis cogat illum distringere! Quod si quis me commoverit, id est, me petierit, mihi bilem moverit; moneo illû, & mature denuncio, satius illi fore, si me non tangat: ita male à me accipietur, ut doliturus sit &c.

Cantabitur. Famosis versibus à me describetur; & in omnium erit ore.

Cervius, &c. Aliquis tum insignis accusator, vel quaesitor. Sensus itaque est: Cervius, si quem inimicum habet, minitatur severitatem legum, & supplicia ei à iudicibus constituenda; qui suffragia suas, in tabulis scripta, in urnam conjiciunt.

Albuti. Subaudi, filia.

Venenum. Subaudi, minitatur; insignis scilicet venefica.

Grande malum Turius, si quis se iudice certe t.  
 Ut, quo quisque valet, suspectos terreat, utque  
 Imperet hoc natura potens, sic collige mecum:  
 Dente lupus, cornu taurus petit: unde, nisi intus  
 Monstratum? Scæva viracem crede nepoti  
 Matrem: nil faciet sceleris pia dextera: mirum?  
 Ut neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos?  
 Sed mala tollet animum vitiatum melle cicuta.

Ne longum faciam: seu me tranquilla senectus  
 Expectat; seu mors atris circumvolat ali:

Dives, inops, Roma, seu Fors ita iusserit, exul:

Quisquis erit vita scribam color. O puer, ut sis  
 Vitalis, metuo; & majorum ne quis amicus

Malum. Exitium, ruinam  
 fortunarum.

Turius. Iudex aliquis im-  
 probus, & venalis.

Quo. Quibus armis.

Ut, quo, &c. Ordo est: me-  
 cum collige, id est, conclude,  
 atque intellige quemadmodum  
 quisque illis armis utatur, qui-  
 bus naturaliter pollet, hisque  
 terreat suspectos, illos unde ti-  
 met: & quemadmodum natura  
 hoc omnibus instillet imperet-  
 que, illud, inquam, ex eo in-  
 telliges, quod lupi dentibus  
 feriant, &c.

Nisi intus, &c. Nisi quod  
 hoc eos interna vis quædam,  
 & tacita naturæ vox doceat.

Crede, &c. Ordo est: permit-  
 te Scævæ nepoti, id est, perdit-  
 o adolescenti; ejus arbitrio, &  
 potestati matrem ipsius longè-

vam permittite: nempe iste pius  
 filius nihil in eam gravioris  
 sceleris admittet; non franget  
 fauces laqueo, non gladio tru-  
 cidabit. Num hoc miraris? ac  
 meminervis, lupum pedibus ne-  
 minem percutere, nec bovem  
 dente: ita Scæva gladio non  
 utetur, ad matrem tollendam,  
 sed veneno, & cicutæ succo  
 quem melli infundet.

Circumvolat. Periturum  
 brevi.

Quisquis erit color. Ater, an  
 albus; prospera, vel adversa  
 fortuna: vitæ ratio, & status  
 quicumque mihi futurus est.

Scribam. Satyras faciam.

O puer. Jam Trebatius lo-  
 quitur. O charissime Horati,  
 vereor, ut diu vivas. Vitalis,  
 hinc, est vivas, & diu superstes.

Majorum amicus. Potentiū,

Frigore te feriat. Quid? cum est Lucilius ausus  
 Primus in hunc operis componere carmina morem,  
 Detrahere & pellem, niuidus qua quisque per ora  
 Cederet, inrorsum turpis; num Lælius, aut qui  
 Daxit ab oppressa meritum Caribagine nomen,  
 Ingenio offensus, aut laeso doliuere Metello,  
 Famosisque Lupo cooperto versibus? Atqui  
 Primores populi arripuit, populumque tributim,  
 Scilicet uni æquus, virtuti atque ejus amicis.

Quin, ubi se à vulgo, & scena, in secreta remorant  
 & nobilium, quos tu Satyris  
 tuis insectatus fueris.

Frigore. Morte, quæ frigidū  
 corpus, & exangue facit: vel  
 veneno, quod exitiali frigore  
 calorem nativum, & vitam ex-  
 tinguit.

Quid &c. Respondet Hora-  
 tius. Quid? cum Lucilius ausus  
 est carmina componere, in hunc  
 operis, id est, Satyræ, morem:  
 cum ausus est tollere pellem  
 extimam improbis, qua illi in-  
 duti incedebant per ora homi-  
 num, id est, apparebant palam,  
 ut nudi, & virtute præditi,  
 quamvis intus essent turpes, ac  
 scelerati; nū ejus carminibus,  
 & hac indole Satyrica sunt of-  
 fensus Lælius, & Scipio Africa-  
 nus minor? num doliuere quod  
 Metellum læderet, quod Lu-  
 pum famosis versibus obrue-  
 ret? Tamen Lucilius nobiles  
 æquè ac plebè corripuit, unis  
 probis parcens, favens, &c.

Primus. Ennius, & Pœtu-  
 vius, ante Lucilium Satyras  
 quidem scripserant; at non ita  
 eleganter, & accuratè.

Pellem. Famam probitatis,  
 detegendo eorum vitia.

Lælius. C. Lælius, sapiens  
 dictus, quem Cicero loquentè  
 facit in sermone de amicitia.

Aut qui, &c. Vide lib. 4.  
 Od. 7.

Metello. Q. Cæcilius Metel-  
 lus Macedonicus, Scipionis  
 Africani minoris, quem Luci-  
 lius colebat, inimicus, teste  
 Plinio, fuit: unde in illum Lu-  
 cilius invecutus est.

Lupo. Lentulus Lupus Con-  
 sul fuit, anno V.C. 597. dam-  
 natus repetundarum; post da-  
 mnationè tamè Censuræ factus.

Tributum. Per singulas 35.  
 tribus, promiscuè irruens in  
 quemlibet.

Ejus. Virtutis.

Et scena. Ab Reipublicæ ad-

## Q. HORATII FLACCI

*Virtus Scipiada, & mitis sapientia Læli;  
Nugari cum illo, & discincti ludere, donec  
Decoqueretur olus, soliti. Quidquid sum ego, quamvis  
Infra Lucili censum, ingeniumque; tamen me  
Cum magnis vixisse invicem fatebitur usque  
Invidia; & fragili quærens illidere dentem,  
Offendet solido: nisi quid tu, doctæ Trebati,  
Dissentis. Equidem nihil hinc diffindere possum:  
Sed tamen, ut monitus caveas, ne forte negoti  
Inventiat tibi quid sanctarum inscitia legum:*

ministratone, & Curia, ubi  
tanquam in theatro personam  
gravem, & seriam gerebant:  
quam deponabant domi, & in-  
tra parietes.

*Virtus Scipiada.* Græca lo-  
cutio: pro, Scipio vir optimus:  
mitis sapientia Læli, pro, Læ-  
lius sapientissimus, ac mitissi-  
mus.

*Illo. Lucilio.*

*Discincti.* Soluti cutis, &  
zonæ; quam Romani solebant  
deponere domi, aut laxiorem  
gerere, ac solutiorem.

*Decoqueretur olus.* Donec  
appararetur cœna; quæ tum  
erat, etiam inter nobiles, val-  
de frugalis, & magnam partem,  
ex oleribus constans.

*Quidquid sum.* Quantulus-  
cumque tim.

*Censum.* Opes. Erat enim  
Lucilius, homo nobilis, & lo-  
cuples.

*Et fragili, &c.* Et quærens,

& conata, illidere dentes in a-  
liquam fragilem, & mollem  
materiam, in solidam, & du-  
ram incidet, sibi que dentes o-  
blædet. Videtur hic Horatius  
respicere fabulam de serpente;  
qui, cum in officinam fabri  
ferrarii forte irrepsisset com-  
pulsus fame, ibique arrodere  
limam vellet, ab ea irrisus est.

*Equidem, &c.* Ordo est: e-  
quidem nihil possum hinc, ex  
iis quæ dixi, diffindere, id est,  
tollere, mutare, & abscindere:  
hoc est, manebo in sententia,  
& consilio scribendi Satyras;  
nisi quid tibi aliter videtur; nisi  
tu mihi non assentiris: quod  
honoris tantum causâ dicit,  
certus videlicet, quidquid dic-  
cat, ac dissentiat Trebatius,  
pergere, & scribere. Diffinde-  
re, est, dividere, id est, hoc in  
loco, aliud probare, aliud re-  
jicere.

*Sed tamen, &c.* Subaudi, hoc  
tibi

## SATYRARVM LIB. II.

*Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est,  
Judiciumque. Esto, si quis mala: sed bona si quis  
Judice condiderit laudatur Casare; si quis  
Opprobriis dignum laceraverit, integer ipse:  
Solventur risu tabula, tu missus abibis.*

tibi denuncio, inquit Treba-  
tius, ut caveas ne quid pericu-  
li, & damni afferat tibi legum  
inscitia: moneo te legem esse,  
& actionem in eos, qui famo-  
sa, & maledica carmina con-  
diderint in aliquem.

*Jus.* Lex: actio jure consti-  
tuta, & legibus permessa.

*Judicium.* Accusandi in ju-  
dicio facultas.

*Esto, &c.* Sit ita sanè, inquit  
Horatius: valeat ea lex ni eos,

qui mala carmina scripserint.  
Ludit in voce, mala.

*Integer ipse.* Cum ipse sit  
probus.

*Solventur, &c.* Leges, in ta-  
bulis scriptæ, explodentur cum  
risu, nihil in ejusmodi Poëtam  
valebunt, qui dimissus, & ab-  
solutus à judicibus exibat.

*Tu.* Id est, Poëta quilibet.

*Missus.* Solutus scelere, &  
periculo.

## S A T Y R A II.

Ofellus quidam, frugalitatem commendans, &  
varios gulæ errores, ac flagitia vituperans,  
ab Horatio inducitur.

**Q**ua virtus, & quanta, boni, sit vivere parvo,  
(Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus,

Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva)

*Qua virtus, &c.* O boni, id  
est, o amici, discite quæ sit vir-  
tus, & quanta, parvo conten-  
tum esse.

*Nec meus, &c.* Non hinc meis  
verbis loquer, sed Ofelli, cuius  
sermonem, & præcepta refero.  
Horatius duos tantum istos

versiculos, itemque alios qua-  
tuor sub finem, suo nomine  
loquitur, cæteros Ofellus.

*Ofellus.* Nomen rustici cu-  
jusdam, forte fictum.

*Abnormis sapiens.* Sapiens  
ille quidem, sed non imbutus  
Philosophorum præceptis, &

Discite, non inter lauces, mensasque nitentes,  
 Cum super in sanis acies fulgoribus: & cum  
 Acclinis falsis animus meliora recusat;  
 Verum hic impransus, mecum disquirite. Cur hoc?  
 Dicam, si potero. Male verum examinat omnis  
 Corruptus iudex. Leporem sectatus, equorve  
 Lassus ab indomito; vel, si Romana fatigat  
 Militia assuetum Gracari, seu pila velox,  
 Molliter austerum studio fallente laborem,

regulis; abnormis, carens norma, & regula; nulli sectæ additus.

*Crassaque Minerva.* Doctrinâ non exultus. Minerva pro eruditione sumitur.

*Non inter, &c.* Hoc discite, non inter vina, & mensas optiparas, &c.

*Cum super, &c.* Cum oculi perstringuntur, & hēbescunt, fulgore insigni vasorum, gemmis, auro, & argento nitentiū.

*Acclinis, &c.* Cum animus, inclinatus voluptate ad falsa credenda, recusat veriora, & meliora audire, & credere.

*Impransus.* Jejuni, & ficci.

*Mecum.* Otellus loquitur sita omnia, ut dixi.

*Cur hoc?* Cur volo id à vobis impransus disquiri?

*Si potero, &c.* Ita præfari dequit rusticum, diciturū aliquid graviter, & sententiosè. Est autem hoc illius axioma. Iudex corruptus non est idoneus ad

examinandā veritatem: id est, animus, dum corpus cibo, & voluptatibus affluit, est tanquā iudex corruptus, qui nō potest rectè iudicare quā vera sint præcepta de frugalitate.

*Leporem, &c.* Quæ hæctenus ab Otello dicta sunt, locum, & vicem habent exordii: jūm præclara sua frugalitatis præcepta incipit edisserere: quorū primum est, famem esse optimum ciborum condimentum; cum labore, & exercitatione quarendam. Igitur, ubi venatus leporem fueris, aut equitatione defatigatus, &c. cum exercitatio laboriosa extuderit, id est, depulerit satietatem, & nauseam; cum eris siccus, & inanis, id est, vacuo ventri; tunc sperne, si potes, cibū vili: certe non eum spernes, sed, urgente fame, libenter eo vesceris.

*Vel, si, &c.* Ordo, & sensus est: quod si te nimium fatigat

mi-

Seu te discus agit, pete cedentem aëra disco:  
 Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis,  
 Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella Falerno  
 Ne biberis diluta. Foris est promus, & atrum  
 Defendens pisces hyemat mare; cum sale panis  
 Latrantem stomachum bene leniet. Unde putas, &  
 Quis partum? Non in charo nidore voluptas

militaris aliqua exercitatio, quæ omnis quidem est laboriosa, sed maximè Romana, te inquam, assuetum molliter vivere, & comellari, quod Græcorum est: seu te agit, id est, te exerceat, delectat, pilæ ludus, quæ huc, illuc celeriter pellitur, non sine labore, sed quem tamen laborè studium, hoc est, ludii hujus amor, fallit molliter, id est, leviolem multo facit, & quasi lutores decipit, ne laborem sentiant: seu te discus delectat: esto sanè, lude pilæ, vel disco, atque ita famem collige.

*Discus.* Est massa ferrea, vel lapidea, vulgò plana, & rotunda, quæ per aërem conjicitur ad certum locum, & metam.

*Pete aëra.* Jacta discum in aërem; tunc aër cedit corporibus gravioribus.

*Hymettia.* Hymettus mons Atticæ, ubi flores optimi, & mel exquisitum. Vinum Falernum erat austerius, & durius:

itaque diluebatur, & micigabatur melle.

*Ne biberis.* Ironia est.

*Foris est promus, &c.* Imò, inquit, adeò cibos delicatos tūc spernes, ut si tuus promus, (is dicitur, qui cibos è penâ promit) domi non est: si mare procellosum, & hybernatum tueri pisces, & piscatione impedit; frusto panis, nullo præter sale adhibito condimento, contentus sis futurus, & famè placaturus cum voluptate.

*Hyemat.* Hyeme inhorrescit, procellis agitur, & inaccessum est.

*Quis partum, &c.* Vnde conciliatam, & natam putas voluptatem in tam tenui victu, in pane, & sale? Nempè, inquit Otellus, voluptas edendi non est in exquisitis cibis, sed in crexi, & fame, quæ in te, non in cibis est.

*Nidore.* Nidor est propriè fumus ille, quem tostæ carnes emittunt, & odor,

Bb 4

Sum:

*Summa, sed in te ipso est. Tu pulmentaria quare  
Sudando: pinguem vitiiis albumque nec osirea,  
Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois,  
Vix iam eni eripiam, posito pavone, velis quin  
Hoc potius, quam gallinā, tergere palatum,  
Corruptus vanis rerum; quia veneat auro  
Rara avis, & pietā pandat spectacula candā:  
Tanquam ad rem atineat quidquam. Num vesceris istā,  
Quam laudas, plumā? coctove num adest honor idem?  
Carne tamen quamvis distat nihil hac magis illā;  
Imparibus formis deceptum te patet. Esto:*

*Pulmentaria.* Condimenta, gustum.

*Pinguem vitiiis.* Crapulā, & ingluvie turgidum, ac palidū.

*Scarus.* Piscis exquisitus,

*Juvare.* Delectare.

*Lagois.* Piscis, aut avis rara, & peregrinē advehī solita; sic appellata, ob aliquam cum lepore similitudinem, vel in colore, vel in carnis gustu.

*Eripiam.* Persuadebo, dedocebo te.

*Hoc.* Pavone.

*Tergere palatum.* Locutio apta rustico, ut aliā multa: id est, vesci.

*Vanis rerum.* Pro vanis rebus; id est, vana opinione, & specie.

*Veneat.* Vendatur,

*Ad rem.* Ad gustum, & saporem,

*Plumā.* Pavonis.

*Coctove, &c.* Quando coctus

est pavo; estne idem color, eadem species pennarum, quæ vivo erat? neutiquam.

*Carne tamen, &c.* Quamvis tamen illa, gallinæ scilicet, caro nihil magis, nihil admodum distet hac carne, id est, pavonis; esto nihilominus; patior te pavonis carnem gallinæ carni præferre, deceptum formis dissimilibus; hoc est, dispari utriusque avis specie. Sed cur lupum hunc illi alteri præfers, cum sit una, & eadem amborum piscium forma, & species? Quia, inquis, captus est ille in Tiberi, inter pontes Tiberinos. Unde verò datum est tibi, ut hoc sentias, & discernas? an videlicet lupus captus sit inter pontes, an alto in mari, an propè ostia Tiberis; que nam res te in eam scientiam, & conjecturam inducit?

Un.

*Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto  
Captus hiet, pontesno inter jactatus, an amnis  
Ostia sub Tusci? laudas; in sane, trilibrem  
Mullum: in singula quem minuas pulmenta necesse est.  
Ducit species, video. Quò pertinet ergo  
Proceros odiisse lupos? quia scilicet illis  
Majorem natura modum dedit, his breve pondus:  
Jejunus raro stomachus vulgaris tenuis.  
Porrectum magno magnum spectare catino  
Vellem, ait Harpyis gula digna rapacibus. At vos  
Præsentis Austri coquite horum opsonia. Quanquam*

*Lupus.* Piscis est marinus ille quidem, sed qui flumina subeat: ita dictus à voracitate, ab oris ingenti rictu, & hiatu. De terribimum putabant esse, qui captus in pelago esset; meliorem qui in ostiis fluminum; optimum, qui longius à mari, v. g. inter pontes Romæ, ubi aqua fluviali quasi eluebatur.

*Hiet.* Quia pisces, ut capti sunt, hiare, & palpitare solent. *Amnis Tusci.* Tiberis, qui è Tuscia profuit in mare Tyrhenum.

*Pulmenta, &c.* Frustra: at eū tamē dividas necesse est. Mullus est piscis exquisitus.

*Ducit, &c.* Ejus magnitudo te capit, ac delectat.

*Quò pertinet, &c.* Id est: cur ergo lupos pisces odisti, cum sunt proceri, & majores? nempe, quia lupi vulgò magni sunt, nulli vulgò, & naturā sunt

exigui. Displicent tibi scilicet pisces vulgares, & quales natura condidit: vis magnos, qui naturā sunt breviores; vis breviores, qui naturā magni sunt. At jejunus stomachus res, ut sunt, & cibos accipit.

*Modum, pondus Mensuram,* magnitudinem.

*Magnum.* Subaudi, piscem mullum.

*Harpyis, &c.* Id est, hominibus voracibus, & voracitas par sit gulæ Harpyarum. Erant illæ rapaces quedam Dæ: de quibus Virgilium vide, lib. Æn. 3.

*Præsentis.* Meis precibus faventes, propitii.

*Coquite.* Putrefacite, corrumpite. Austri enim, venti à Meridie flantis aura astuosa est, ac tabida.

*Opsonia.* Cibos.

*Quanquam, &c.* Festiva cor-

Putet aper, rhombusque recens, mala copia quando  
 Ægrum sollicitat stomachum; cum rapula plenus  
 Atque acidas mavult inulas: nec dum omnis abacta  
 Pauperies epulis Regum; nam vilibus ovis,  
 Nigrisque est oleis hodie locus. Haud ita pridem  
 Galloni præconis erat acipenser mensis  
 Infamis. Quid: tunc rhombos minus æquor alebat?  
 Tutus erat rhombus, tuncque ciconia nidos;  
 Donec vos author docuit Prætorius. Ergo  
 Si quis nunc mergos suas edixerit affos;

correctio prioris imprecatio-  
 nis. Quamquam quid opus est  
 rogare Aulicos, ut corrumpant  
 opsonia; siquidem illa, etiam re-  
 centia, tamen apud nos jam  
 putent, id est, fastidio sunt,  
 propter illorum copiam, quæ  
 nauicantem stomachum solli-  
 citat, id est, opprimit, gravat,  
 impellitque ad viles etiam ci-  
 bos oprandos, ut sunt rapula,  
 inulæ, ova, &c. Factum bene,  
 quod isti pauperum cibi non-  
 dum à mensis Regum, id est,  
 divitum, regisq; luxu epulan-  
 tium, abacti, & expulsi omni-  
 no sint. Rhombus piscis est:  
 Rapula sunt radices edules, &  
 notæ. Inula, herba quædam.

Galloni, &c. Ante paucos  
 annos merito vituperatus est  
 Gallonius, quod primus omnium  
 acipenserem piscem in sua mensa  
 epulandum convivis apposue-  
 rit: ex illo coepit esse in pretio  
 iste piscis; stulta hominum

opimone.

Quid, &c. Quando apponi  
 coepit est acipenser, nonne in  
 mari quoque erant rhombi, &  
 in agris ciconiæ? profecto er-  
 rant: sed nemo illis vesciba-  
 tur, tutis licebat ipsis esse; do-  
 nec Romanus quidam Præto-  
 rius author fuit, ut in convi-  
 viis poneretur, suas esse pro-  
 nuntiavit, nomenque, ac pre-  
 tium isdem addidit. Adeo ve-  
 rum est pretium opsoniis non  
 naturâ, sed opinione poni.

Prætorius. Nonnulli cum  
 Asinium Sempronium Rufum  
 appellant; voluntque dici Præ-  
 torium joco; quia cum Præ-  
 turam peteret, repulsam tulit,  
 ob ciconias interfectas, & me-  
 se appositas.

Mergos. Quamvis naturâ  
 duros, & ita siccis, ut igne tor-  
 reri vix queant.

Edixerit. Quasi pro imperio,  
 ut solent Magistratus, dixerit.

PA

Parebit pravi docilis Romana juventus.  
 Sordidus à tenui victu distabit, Ofello  
 Judice. Nam frustra vitium vitaveris illud;  
 Si te aliò pravum detorseris. Avidienus,  
 Cui Canis ex vero dictum cognomen adhaeret,  
 Quinquennes oleas est, & Sylvestria corna:  
 Ac, nisi mutatum, parcat desundere vinum, &  
 Cujus odorem olei nequeas perferre (licebit  
 Ille repotia, natales, aliove dierum  
 Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri  
 Caulibus instillat, veteris non parcat aceti.  
 Quali igitur victu sapiens uterur, & horum  
 Utrum imitabitur? hæc urget lupus, hæc canis angit.

Parebit. Fidem adjunget, ut  
 vescetur.

Pravi docilis. Que cito pra-  
 va discit.

Sordidus, &c. Hoc secundum  
 Ofelli axioma, & præceptum  
 est.

Illud. Luxum, & sumptuo-  
 sum victum.

Alio. Ad sordes, & victum  
 immundum.

Avidienus. Homo sordidi,  
 & immundi victus; ideoque  
 Canis merito appellatus.

Ex vero. Ex morum veritate.

Quinquennes, &c. Oleas  
 vetustate corruptas, ab annis  
 quinque tectas.

Est. Edit.

Corna. Sunt fructus sylve-  
 stres, è cerasorum genere.

Mutatum. Acidum.

Parcat. Cavet, timet.

Desundere. Ex amphora in  
 cyathum fundere.

Et cujus, &c. Et oleum, cu-  
 jus odor nequeas perferre, in  
 caules instillat, id est, guttatim  
 fundit è cornu, hoc est, vase  
 corneo, duas libras capiente, ve-  
 tus acerum largè affundens.

Licebit, &c. Hoc loco idem  
 est ac licet: sensusque est: quã-  
 vis ille celebret repotia, id est,  
 epulas, quæ peractis nuptiis,  
 aguntur postridie; ita dictas,  
 quod pridiana potatio repeta-  
 tur, & instaturetur.

Natales. Subaudi, dies.

Albatus. Veste alba indu-  
 tus; qui color lætitiæ cõvenit:  
 quare in sacrificiis, spectaculis,  
 & conviviiis, adhibebatur.

Utrum. Gallonium, an Avi-  
 dienum?

Hæc, &c. Proverbium hoc  
 ia



Mundus erit, qui non offendat sordibus, atque  
 In neutram partem cultus miser. Hic neque servus,  
 Albus, senis exempla, dum munera didit,  
 Servus erit: nec sic, ut simplex Navius, unctam  
 Convivis praebeat aquam: vitium hoc quoque magnum.  
 Accipe nunc, victus tenuis qua, quantaque secum  
 Afferat. In primis valeas bene: nam, varia res  
 Ut noceant homini, credas, memor illius esca,  
 Qua simplex olim tibi sederit. At simul asis  
 Misceveris elixa, simul conchylia turdis:  
 Dulcior se in bilem vertens; stomachoque tumultum

in eos cadit, qui suspensio sunt  
 animo, duplici periculo urgē-  
 tur, quò se vertant incerti: &  
 lupi voracitas, Gallonio gulo-  
 fo; sordes canis, Avidieno, no-  
 menq; ipsum bellè convenit.

Mundus erit. Censeo, ut sa-  
 piens mundo, & medio quodā,  
 inter, sordidum, sumptuosum-  
 que, utatur victus; ita ut in neu-  
 tram partem cultus, id est, vi-  
 ræ rationis, & victus sit miser,  
 id est, immodicus, iniquus; in  
 neutro extremorum peccet.

Hic. Sapiens.

Didit, &c. Dividit. Dum  
 servis munera, officia, quid  
 agere quisque debeat, distri-  
 buit, non erit servus in exigen-  
 dis illis muniis. Ajunt, Albu-  
 cium fuisse hominem anxie, &  
 insanè accusatum in accipien-  
 dis convivis, & hospitibus; qui,  
 si quid in lautitiis ejusmodi  
 mensarum, atque apparatus, à

servulis peccaretur, graviter  
 in eos laviret.

Simplex, &c. Negligens,  
 supinus, & ignavus, sordidus;  
 qui aquam, aut miscendam vi-  
 no, aut affundendam manibus,  
 non puram, & limpidam, ut fit,  
 sed unctam, & pinguem præ-  
 bebat.

Valeas. Hoc affert commo-  
 dum, ut bene valeas.

Nam varia, &c. Facile fiet,  
 ut credas, varios cibos homini  
 nocere, si memineris quam tibi  
 aliquando facile sederit, id  
 est, in stomacho bene conco-  
 cta, & composita fuerit una  
 quædam esca, eaque simplex, &  
 uniusmodi.

Asis. Tostis carnibus.

Elixa. Coctas carnes.

Conchylia. Ostrea, pisces.

Bilem. Bilis est humor sic-  
 cus, & calidus; pituita, humor  
 frigidus, & humidus; unde in-  
 ter

Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis  
 Cæna desurgat dubia? Quin corpus onustum  
 Hæsernis vitis animum quoque pręgravat unās;  
 Atque affigit humo divina particulam auræ.  
 Alter, ubi dicto citius curat a sopori  
 Membra dedit, vegetus præscripta ad munera surgit.  
 Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam:  
 Sive diem festum rediens advexerit annus;  
 Seu recreare volet tenuatum corpus; ubique  
 Accedent anni, & tractari mollius etas  
 Imbecilla volet. Tibi quidnam accedet ad istam

Quam puer, & validus præsumis molliorem, seu  
 Dura valetudo incidit, seu tarda senectus?

Rancidum aprum antiqui laudabant: non quia vasus  
 illis nullus erat; sed, credo, hæc mente, quòd hospes

ter se pugnant, & tumultum,  
 id est, bellum intestinum sto-  
 macho afferunt.

Cæna desurgat. Surgat de  
 cæna.

Dubia. Vbi convivæ dubi-  
 tant, quis gustent, ac sumant  
 potissimum dapes; ita multæ,  
 & variæ sunt.

Vitis. Crapulâ pridianâ.

Auræ. Id est, partem divini  
 spiritus, & ipsius Numinis por-  
 tionem, ut putabant.

Alter. Qui parcus, & fruga-  
 lis est.

Dicto citius. Exiguo tēpore,  
 obiter, & quasi aliud agendo.

Curata. Cibo refecta.

Sopori dedit, &c. Somno re-  
 creavit. Vbi se, post brevem,  
 & modicum cibum, lectulo

dedit; ex illo vegetus, & alacer  
 ad præscriptas sibi ab officio,  
 & negotiis suis, functiones  
 surgit.

Ad melius, &c. Ad lautio-  
 rem victum. Erit ubi vescatur  
 benignius.

Tenuatum. Labore defatiga-  
 tum.

Ubique, &c. Et ubi, & quā-  
 do senex erit.

Præsumis. Ante opportunū,  
 & idoneum tempus sumis.

Rancidum, &c. Commen-  
 dat frugalitatem, ab exemplo  
 majorum.

Laudabant. Ut indicium fruga-  
 litatis: quia id erat signi, apri  
 sæpius mēse appositum fuisse, &  
 frustatum, diuque comestum.

Hæc mente. Rati esse hone-  
 stius

Tardius adveniens, vitiatum commodius, quam  
Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter  
Heroes natum tellus me prima tulisset!

Das aliquid fama, qua carmine gratior aurem  
Occupat humanam? grandes rhombi, patinaque,  
Grande ferunt una cum damno dedecus. Adde  
Iratum patrum, vicinos, te tibi iniquum,

Et frustra mortis cupidum, cum deerit egeni  
Æs, laquei pretium. Jure, inquit, Thrastus istis  
Furgatur verbis: Ego vestigia magna,

Divitiisque habeo tribus amplas Regibus. Ergo  
Quod superat, non est melius quo insumere possis?  
Cur eget indignus quisquam te divite? quare

Templa ruunt antiqua Deum, cur improbe chara  
Non aliquid patrie tanto emetiris acervo?

Uni nimirum rectè tibi semper erunt res?  
O magnus posthac inimicis risus! uterne  
Ad casus dubius fidet sibi certius? hic, qui

filius illum, quamvis putentè,  
& semesum, ab hospite consu-  
mi, quàm integrum, & recen-  
tem ab Domino.

Tellus prima. Pro antiqua  
ætate ponitur.

Das aliquid fama? Quod si  
te famæ tuæ cura tægit, quæ o-  
mnî cætilenâ, & harmoniâ gra-  
tior, ad hominû aures accidit.

Iniquum. Displacentem, &  
odiosum.

Laquei pretium. Quo emas  
laqueum, ut te, consumptis  
opibus desperantem, & æru-  
mosum suspendas.

Thrastus. Aliquis lautus, &  
luxu deditus, idemque pauper.

Furgatur. A te objurgatur;  
his verbis reprehenditur, non  
ego.

Quod superat. Quod tibi  
superfluum est, illud melius  
non potes insumere?

Eget. Est pauper.

Indignus. Qui meretur non  
egere; qui divitiis est dignus.

Emetiris. Ex acervo meti-  
ris, decuitis, seponis.

Posthac. Cum tibi res eve-  
nient adversæ; tunc risum præ-  
bebis magnum inimicis.

Uterne? Uter tandem? legi-  
tur etiam, uternam.

Fidet, &c. Perfugium in re-  
bus afflictis, & miseris certius,  
&

Pluribus assuerit mentem, corpusque superbum;

An qui contentus parvo, metuensque futuri,  
In pace, ut sapiens, apravit idonea bello?

Quò magis his credas: puer hunc ego parvus Ofellum  
Integris opibus novi non latius usum,

Quàm nunc accisis. Videas metæro in agello  
Cum pecore, & gnatis, fortem mercede colonum,

Non ego, narrantem, temerè edi luce professa  
Quidquam, præter olus, fumosa cum pede perna.

Ac mihi cum longum post tempus venerat hospes,  
Sive operum vacuo gratus convivæ per imbres

Vicinus, benè erat non piscibus urbe petitis;

Sed pullo, atque hædo: tum pensilis uva secundas

Ex nux ornabat mensas, cum duplici fica.

& paratius habebit; confidet  
se fortunæ casibus dubiis non  
everendum.

Is qui, &c. Is qui lautè sem-  
per se tractaverit, an qui par-  
cè, & duriter, prospiciens ege-  
statè venturam, & in eam opes  
reteruas, ut dux belli peritus  
in pace providet iis rebus, qui-  
bus opus est in bello?

Quò magis, &c. Videtur hæ-  
tenuis locutus fuisse Ofellum:  
jam Horatius illi ad stipulatur,  
ejusque axiomata confirmat.

Latius, &c. Largius: non  
vixisse sumptuosus, cum erat  
florete fortuna, & in ampla  
re, quàm nunc in accisis, tenui,  
& perdita.

Accisis. Imminutis. Ejus  
agri Umbreno, veterano mi-  
liti, post civile bellum, & pu-

gnam Philippensem, attribuiti  
fuerant; eoque non jam, ut  
dominus proprios, sed ut colo-  
nus, & cõductor, mercede tã-  
quam alienos colebat: fortis  
tamen, & in mala fortuna vir  
bonus, ac sibi constans.

Videas. Quilibet videre, &  
audire potest ita dicentem, &  
narrantem: nõ ego temerè, &c.

Metæro. Dimisso in certa ju-  
gere, ut militibus assignaretur.

Temerè. Facile, passim, sine  
certa, & gravi causa.

Operum vacuo. Vacanti ab  
labore, & opere rustico.

Benè erat. Genuo videbat  
indulgere. Abundè mihi erat  
ad convivium pullus, &c.

Pensilis uva. Uva passa, &  
siccata.

Secundas mensas. In quibus  
bel-

Post hoc ludus erat culpâ potare magistrâ.

Ac venerata Ceres, ut culmo surgeret alto;

Explicuit vino contractæ serâ frontis.

Seruiat, atque novos moueat fortuna tumultus,

Quantiâ hinc imminuet? quâto aut ego parcius, aut vos?

O pueri nituistis, ut huc novus incola venit?

bellaria, & fructus apponebantur. Vide Oden 4 lib. 4.

Duplici ficu. Magnâ, sic Virgil. 3. Geor. Duplex agitur per lumbos spina, id est, lata, ingens. Vel, duplex ficus, est duorum generum, præcox, & serotina; vel, alba, & nigra.

Post hoc, &c. Post illas epulas agrestes, & inemptas, non alius nobis ludus magis ardebat, quàm potitare, ea lege, ut, qui quid inter ludendum peccaret, is vini cyathum haurire cogere; & suam in ludendo culpam quasi magistrâ vini, qua bibere iuberetur, haberet. Solebant Romani, cum potirent, aliquem bibendi arbitrum, & magistrum conviuii, seu Regem, ut vocabant, constituere, qui præseriberet quot quisque cyathos, quo tempore, & pacto biberet. Ita in hoc ludo Ofelli culpa cuiusque erat veluti magistrâ vini, quæ quoties biberetur, ediceret. Legunt alii, *cuppâ magistrâ*: est autem cuppa, vas vinarium; eritque hæc sententia; nullam

alium potandi magistrum, & arbitrum, quàm ipsam cuppâ, adhibere, id est, bibere quantum cuique videretur, quantum ipse cyathus ferret, hic nobis ludus erat.

Venerata. Culta, & rogata: ut culmos grandiores tolleret, messem opimam largiretur.

Explicuit, &c. Sensus est, pleni spe bona mensis uberioris, quam nobis venerata Ceres facere videbatur largiùs nos invitabamus; & euras, ac negotia serâ, quæ frontem contrahunt, discutiebamus vino; animos exhilarabamus.

Hinc, &c. Ex his angustiis opibus, ex hac reclusa, quid mihi poterit auferre, qui parvo contentus sum?

Quantiâ aut ego, &c. Sèntentia est, & ordo: ut, id est, postquam in hunc agrum miles venit (Umbrenum intelligit) quantiâ parcius, an ideò maligniùs, o serui, o liberi mei, fuisit nutriti, & vestiti? neutquam cerrè.

Nituistis. Pingues, & nitidi, lautu fuisit. Nam

Nam propria telluris herum natura, neque illum

Nec me, nec quemquam statuit. Nos expulit ille;

Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris;

Postremò expellet certè vivacior hæres.

Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli

Dictus, erit nulli proprius; sed cedit in usum

Nunc mihi, nunc alii. Quocirca vivite fortes;

Fortiaque adversis opponite pectora rebus.

Nam propria, &c. Rectè Cato: commorandi nobis diversorium, non habitandi locum natura dedit. Propriam igitur tellurem vocat, cuius sit dominus quispiam, quæ sua sit.

Nequities. Luxuria, profu-

si sumptus.

Vivacior. Diutiùs vivens.

Nunc ager, &c. Ille ager, qui non ita pridem ager Ofelli dicebatur, qui nunc sub Umbreni nomine dicitur, &c.

## S A T Y R A III.

Inducitur Damasippus quidam, Philosophus Stoicus, Horatium inertix accusans: ac data occasione, paradoxum illud Stoicorum explicatur, Omnes propè homines insanire.

Sic raro scribis, ut toto non quater anno

Membranam poscas; scriptorum quaque retexens,

Sic raro scribis. Ita in componendis versibus negligens es, inquit Horatio Damasippus, qui cum fingitur convenisse in villulam, quò se per Saturnalia Horatius receperat.

Membranam. Chartam, papyrus. Propriè tamen fiebat Papyrus ex intimo, & tenuissimo cortice Papyri, fructibus Ægyptiaci; membrana verò è

pelle detracta membræ animalium. In ea porro membrana describent Romani, quod servatum vellent, aut editum in vulgus: at si quid parum accuratè scriptarent, utebantur palimpsestis, id est, tabulis ligneis, cerâ obductis, in quibus deleri, quod scriptum erat, facile posset, complanata cerâ.

Retexens. Delens; cõmutans.

*Iratus tibi, quod vini, somnique benignus  
Nil dignum sermone canas. Quid fiet? ab ipsis  
Saturnalibus hunc fugisti. Sobrius ergo  
Dic aliquid dignum promissis: incipe. Nil est;  
Culpantur frustra calami, immeritusque laborat  
Iratis natus paries Dis, atque Poëtis.  
Atqui vultus erat multa, & praelara minantis,  
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.*

*Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro?*

*Iratus tibi.* Aegre te ipsum ferens, quod cum in urbe degeres, ubi vino, & somno largius indulgebas, nihil scriberes dignum, quod in publicam lucem ederetur.

*Quid fiet.* Quorsum evadet ista tua socordia?

*Saturnalibus.* Saturnalia, Saturni festa, Decembri mense celebrabantur: in iis genium curabant.

*Huc. Rus.*

*Fugisti.* Ut in otio, & sobrius scriberes, te ab urbe (in qua omnia personabant Græcantium clamoribus) proripulisti.

*Nil est.* Subaudi, excusationis tibi: potest etiam hæc esse Horatii responsio: nihil est mihi quod scribam, nihil in mentem venit: frustra meos calamos accuso, & immeritum tundo parietem: nihil extundo.

*Culpantur, &c.* Frustra calamos accusas, & feris parietem. Solebant Poëta noctu in tene-

bris elucubrare carmina: ob eam rem habebant, ad spondam lecti, tabulam, vel parietem cera obductum, in quo versus, si qui tum fierent, exarabant.

*Iratis, &c.* Infelix paries; & quasi adverso fato extractus si nihil extunderent Poëta meditando; ab his iratis vapulabat, & pugnis feriebatur paries, pluteus, &c. Vnde Persius, de Poëta negligentius scriptitante, *nec pluteum cadit, &c.*

*Atqui, &c.* Tamen mira quedam te scripturam promittebas. *Minari* interdum, est, promittere.

*Vacuum.* Otiosum.

*Stipare, &c.* Congerere libros Platonis, & Menandri. Plato fuit Atheniensis Philosophus, ob sapientiam, & eloquentiam, divinus appellatus. Menander Poëta comicus Græcus, vixit anno V. C. 461. Hujus plerasque fabulas Terentius vertit in latinum sermonem.

Ess

*Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?  
Invidiam placare parvas, virtute relicta?  
Contemnere, miser. Vitanda est improba Siren  
Desidia, aut quidquid vita meliore parasti  
Ponendum æquo animo. Di te, Damaspippe, Deaque  
Verum ob consilium donent tonsore. Sed unde  
Tam bene me nosti? Postquam omnis res mea Janum  
Ad medium fracta est, aliena negotia curo,  
Excussus propriis: olim nam quereere amabam  
Quo vaser ille pedes lavisset Sisyphus are:*

*Eupolin.* Qui fueris, vide Satyram 2. lib. 1.

*Archilochum.* De illo vide Oden 6. lib. 5.

*Invidiam, &c.* An paras superare invidiam, eos qui tibi invident mitigare, nihil scribendo, labore, & literas relinquendo? Aberras tota via: contemnent illi te, qui prius invidabant, &c.

*Siren.* Sirenes, marina monstra, Virgines alatae, non ut vulgo pinguntur, partim feminæ, partim pisces, in Mari Tyrrheno, prætereuntes nauatas in scopulos pertrahebant cantus suavitate.

*Quidquid, &c.* Fama quam bonis artibus, & studiis collegisti.

*Verum.* Sapiens, æquum.

*Tonsore.* Qui longam istam, & philosophicam barbam radat. Scilicet barbatus erat iste Damaspippus, ut Philosophi tunc

ferè omnes; & præter barbam nihil Philosophi habebat: homo tamen Romanus, ac Senator; sed malè curiosus, & emax; de quo Cicero epist. 23. lib. 7. alias.

*Postquam, &c.* Respondet Damaspippus: ex quo fortunatum omnium jacturam feci; cum negotia propria jam habeam nulla, curo aliena.

*Janum ad medium.* Jani templo adjuncta via, Janus vocabatur, ibi sceneratores, argentarii, partim mercatores degebant. Ejus vici pars prima dicebatur primus Janus, media, medius Janus.

*Fracta est.* Ducitur à naustragio metaphora.

*Olim, &c.* Cum floreret mea res familiaris; veteres statuas, & antiqua pocula, curiose querebam, &c.

*Sisyphus.* Æoli filius, Corinthi Rex, homo mire astutus.

Cc 2

Quid

*Quid sculpsim infabrè, quid fufum durius effec-*

*Callidus huic figæ ponebam millia centum:*

*Hortos, egregiafque domos mercarier unus*

*Cum lucro noram: unde frequentia Mercuriale*

*Imposuere mihi cognomen compita. Novi,*

*Et morbi miror purgatum te illius. Atqui*

*Emovit veterem mire novus, ut solet, in cor*

*Trajecto lateris miseri, capitisque dolore:*

*Ut lethargicus hic cum fit pugil, & medicum urges.*

*Dum ne quid simile huic, esto, ut lubet. O bone, ne te*

*Ere. Vase æreo,*

*Infabrè. Inscite, impolitè.*

*Fufum durius. Constatum*  
ineleganter, & sperè. *Contra,*  
*spirantia mollis ara,* laudan-  
tur à Virgilio, 6. *Aneid.*

*Huic signo. Statua alicui:*  
certam pecuniæ summam pro  
incerta, & qualibet nominat.

*Ponebam, &c.* Illa aestima-  
bam centum millibus sestertii-  
um: quæ summa conficit de-  
cem millia librarum.

*Unde, &c.* Ideo compita  
frequentia, id est, mercatores,  
qui solent in compita frequen-  
tes convenire, mihi cognomè  
Mercurialis, id est, à Mercurio  
dilecti, imposuerunt. Præest  
Mercurius lucro, & mercature.

*Morbi purgatum, Græca lo-*  
cutione morbo te isto purgatum.

*Atqui, &c.* Loquitur Dama-  
sippus: veteri morbo expulso  
novus successit: olim res meas,  
nunc alicuius cure.

*In cor, &c.* Sic aliquando  
morbus lateris, & capitis, solet  
in stomachum trajici, & tradu-  
ci: sic aliquis, lethargo labo-  
rans, mutato morbo, fit inter-  
dum phreneticus, & pugilis  
instar urget medicum, id est,  
vexat, pugnis contundit. Le-  
thargus est morbus, qui veter-  
num, & somnum penè inexpu-  
gnabilem afferre solet. Oritur  
ex pituita frigidiore, abundan-  
te in cerebro: phrenesis verò,  
ex calidiore bile.

*Dum ne quid, &c.* Respondet  
Horatius. Esto ut libet, labora  
quo libuerit morbo, quacum-  
que libuerit tibi phrenesi, &  
insania; modo ne quid tibi ac-  
cidat simile huic phrenetico; &  
pugnos à nobis tuos abstineas.

*O bone, &c.* O amice, inquit  
Damasippus, rides, & phrenesi-  
am, insaniamque mihi obji-  
cis, &c.

*Fru:*

*Frustrere; insanis & tus, stultique propè omnes,*

*Si quid Stertinius veri crepat: unde ego mira*

*Descripsi docilis præcepta hæc, tempore quo me*

*Solatus jus sit sapientem pascere barbam,*

*Atque à Fabricio non tristem ponte reverti.*

*Nam malè re gesta cum vellem mittere operto*

*Me capite in stumen; dexter stetit: &, Cave facis*

*Te quidquam indignum: pudor, inquit, te malus urget,*

*Insanos qui inter vereare insanus haberi.*

*Primum nam inquiram quid sit furere: hoc si erit in te*

*Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam.*

*Quem mala stulticia, & quacumque inscitia veri*

*Cacum agit, insanum Chryssippi porticus, & græc,*

*Frustrere. Decipias.*

*Omnes. Subaudi, sunt, vel,*

insaniant: ajebant enim Stoi-  
ci, stultos omnes, id est, ali-  
qua vitiosa cupiditate implicar-  
tos, insanire

*Stertinius. Stoicus Philoso-*  
phus.

*Crepat. Edicit, loquitur.*

*Unde. Ex quo Stertino.*

*Pasceere barbam. Suasit mi-*  
hi, Philosophus, ut essem.

*Fabricio ponte. Vnde me*  
præcipitare volebam. Pons ille  
à Fabricio structus fuit, & in-  
fulam Tiberinam jungit, ab ea  
parte, quæ meridiem, & mon-  
tem Tarpeum respicit: ab al-  
tera verò parte, quæ Janiculū  
spectat, & campum Martium,  
est Pons Cælius. Pontem Fa-  
bricium vocant nunc Itali,  
*Quatuor capitum: Cælium ve-*

*ro, Pontem S. Bartholomei.*

*Malè re gesta. Amosis fortu-*  
nis: mercatura non succedete.

*Operto. Involuto. In lucto*  
caput velabant, maxime si mo-  
riendi cõsilium cepissent, quali  
vitam, & lucem perosi.

*Dexter. Auspicatus, felix,*

*Pudor malus. Viciosus pudor*  
ob rem malè gestam te angit.

*Nil verbi, &c.* Non te plu-  
ribus verbis deterrebo, ne tor-  
titer mortem oppetas. Ea o-  
mnia, quæ sequuntur, usque ad  
versum *Quone malo*, Sterti-  
nius cum Damalippo locutus  
olim fingitur.

*Chryssippi, &c.* Stoici omnes,  
quorum dux Chryssippus. Quia  
isti Philosophi disputare initio  
solebant in Ingenti porticu, ab  
Græca voce, quæ porticum si-  
gnificat, dicti sunt Stoici.

Cc 3

*Aut*

Autumat. Hac populos, hac magnos formula Reges;  
 Excepto sapiente, tenet. Nunc accipe, quare  
 Despiciant omnes, aequè ac tu, qui tibi nomen  
 Insano posuere. Velut sylvæ, ubi passim  
 Palantes error certo de tramite pellit,  
 Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: unus utrique  
 Error, sed variis illudat partibus. Hoc te  
 Crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille,  
 Qui te deridet, caudam trahat. Est genus unum  
 Stultitiæ nihilum metuenda timentis: ut ignes,  
 Ut rupes, fluviosque in campo obstrare queratur.  
 Alterum, & huic varium, & nihilo sapientius, ignes  
 Per medios, fluviosque ruentis. Clamet amica  
 Mater, honesta soror, cum cognatis, pater, uxor,  
 Hic fossa est ingens, hic rupes maxima: serua:  
 Non magis auarierit, quam Fufius ubrius olim,

Hæc formula, &c. Hoc axio-  
 ma Stoicæ scholæ, & quasi  
 Prætorium edictum, nempè,  
 omnes improbos insanire; popu-  
 lum, Regesque ipsos compre-  
 hendit. Formula propriè signi-  
 ficat concepta quædam verba  
 juris, ex quibus lites, & actio-  
 nes instituuntur.

Palantes. Vagantes,  
 Certo. Recto.  
 Unus, &c. Errant ambo, li-  
 cèt diversis partibus, & itine-  
 ribus.

Nihilo ut, &c. Aded ut ni-  
 hilo te sit sapientior, qui te ri-  
 det, similique, ac tu ratione  
 caudam trahat, id est, insaniat,  
 ridendus sit. Pueri cum aliqùe  
 ridere volunt, ejus tergo ali-

quid apponunt, imitæ caudæ,  
 quò veluti pecus habeatur.

Est genus, &c. Est, inquit,  
 unum genus stultitiæ, eorum,  
 qui timent ea, quæ non me-  
 tuenda sunt, qui videre sibi  
 ubique ignes videntur, & rupes.  
 Alterum huic varium, id  
 est, ab illo diversum, eorum  
 est, qui non timent ea, quæ ju-  
 re sunt metuenda, qui ultro in  
 ignes præcipitant se, &c.

Serua. Cave, serua te.

Fufius, &c. Actor quidam,  
 qui cum Ilionæ personam a-  
 geret, eamque imitaretur dor-  
 mientem, ita ut, ad vocem Po-  
 lydori ipsam inclamantis, de-  
 beret expergisci, aded præcla-  
 rē, & verè dormivit, quòd esset  
 ubrius,

Quam Ilionam edormit Catiensis mille ducentis,  
 Mater te appello, clamantibus. Huic ego vulgum  
 Errori similem cunctum insanire docebo.  
 Insanit veteres statuas Damascippus emendo:  
 Integer est mentis Damascippi creditor? Esto:  
 Accipe quod nunquam reddas mihi, si tibi dicam:  
 Tunc insanus eris, si acceperis? an magis excors  
 Rejecta præda, quam præsen: Mercurius fert?

ubrius, ut excitari e somno  
 nunquam potuerit, quamvis  
 Catiensis, qui Polydorum age-  
 bat, istas voces, Mater te ap-  
 pello, tanta voce diceret, quan-  
 ta mille duceti homines simul  
 clamantes dicere potuissent.

Ilionam. Erat Iliona, maxi-  
 ma filiarum Priami, uxor Po-  
 lymnestoris, Thraciæ Regis,  
 cui Priamus Polydorum filiū  
 alendum clam, ut amico Re-  
 gi, & affini, tradiderat, initio  
 belli Trojani, Martis commu-  
 nis aleam veritus. At hunc  
 Polymnestor, auri quod à Pri-  
 amo acceperat, ut Polydorum  
 educaret, ac celaret, amore  
 captus obtruncavit. Tragæ-  
 diam, Ilionæ nomine inferi-  
 ptam, ediderat Attius, aut Pa-  
 curvius; & in ea Polydori um-  
 bram faciebat existentem ab  
 Inferis, & per quietem Ilionæ  
 sorori suæ se sistentem, monē-  
 temque de illata sibi nece, ro-  
 gantem; ut suum cadaver se-  
 peliret. Matrem autem illam

vocat, tum quòd esset atare  
 multo provectior, tum quòd  
 apud ipsam non secus atque  
 ipsius filius educaretur.

Huic ego, &c. Ego docebo,  
 & demonstrabo vulgum omnē  
 insanire, & errare errorem,  
 huic errori similem, id est, er-  
 rore simili laborare: sic dicitur,  
 dolere dolorem alterius,  
 gaudium gaudere.

Integer, &c. An sanus est is,  
 qui tibi ementi credit, id est,  
 qui suam mercem, statuam  
 veterem illam, dat tibi pecu-  
 niam promittenti, quam tu  
 nunquam daturus sis? ostendit  
 creditores insanire, qui debi-  
 toribus perfidīs temerè cre-  
 dant.

Esto, &c. Finge hoc à me ti-  
 bi dici; accipe quod nunquam  
 mihi reddas; certè non eris tu  
 insanus, illud si accipias; esses  
 autem profectò, si id recusares,  
 & incrum rejiceres, quod tibi  
 propitius offert Mercurius: ego  
 potius insanirem, qui sic da-